

PHILOCHEMICIS
 HELIOPHILIS HELIOPHI-
 lus Philochemicus,

NICOLAUS NIGER HAPELIUS

Anagrammatizomenos, S.



*D*asserendam veritatem artis Chrysochemica (quanquam ea multorum impostura pessime audit, & à prudentibus ac ceteris doctis, quasi nulla esset planè proscribitur) hanc disquisitionem instituerè visum est, qua causæ aperiuntur eius difficultatis, ac quid sentiendum de ea sit, certis indicijs ostenditur, HELIA arti (quem vocant) in lucem producto. Itaq; patientem Lector huic disquisitioni aurem accommodabit, dum quid sibi Helias velit, perpenderit, ut metallorum transformationem rectius intelligat.

Constat inter eos, quorum sententia chymicæ adversaria est, nullos magis obniti, quàm Physicos & Theologos. Utriq; quæ ex principis & fontibus nature hauriunt, quibus efficere conantur transformationem metallicam partim à divo esse, partim ordini creationis adversari, in progressu tractationis hujus disputabimus. Quæ autem merè Theologica sunt, & cum principis Physicis parum aut nihil commune habent, ea paucis nunc præfando quasi delibabimus. Sunt autem ferè duùm generum ab Exemplo & usu. Exempla singularium & universorum.

Prioris generis argumentum præbet hujusmodi.

Omne